

Feria VI infra Hebdom. V post Pentecosten.


Ad Matutinum.

D Omine, lábi-a me-a apé-ri-es. **R.** Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.


Invitatorium.

Ps. 94, 6.7; Psalmus 94


D E Ominum De-um nostrum, † vení-te, ad-o-rémus. **A.** Dóminum. **V.** Ve- ní-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confessi-ó-ne, et in psalmis iubi-lémus e-i. **A.** Dóminum. **V.** Quó- ni-am De-us magnus Dóminus, et rex magnus super omnes de-os. Quóni-am non repellet Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. † Vení-te. **V.** Quó- ni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt manus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us noster, nos autem pópu-lus e-ius, et o-ves páscu-æ e-ius. **A.** Dóminum. **V.** Hó- di-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-




rá-re corda vestra, si-cut in exa-cerba-ti-óne secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me patres vestri:



proba-vé-runt et vi-dé-runt ópe-ra me-a. † Vení-te. †. Quadra-gín-ta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic,



et di-xi: Semper hi errant corde. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a: Si intro-íbunt



in réqui-em me-am.» A. Dóminum. †. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o,



et nunc, et semper, et in sá-cu-la sæ-cu-ló-rum. Amen. † Vení-te. †. Dóminum De-um nostrum, * vení-te, ad-o-rémus.

Hymnus.

IV

A

D-ésto, Christe, córdibus, celsa redémptis cá-ri-tas; infúnde nostris férvidos fle-tus, rogámus, vó-cibus.

Ad te pre-ces, pi-íssime Ie-su, fi-de pro-fúndimus; dimítte, Christe, quæsumus, factis ma-lum quod fé-cimus. Sanctæ


cru-cis signácu-lo, tu-o sacrá-to córpo-re, de-fénde nos ut fi-li-os omnes, rogámus, úndique. Sit, Christe, rex pi-íssime,

ti-bi Patrique gló-ri-a cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to in sempi-térna sácu-la. A-men.

Psalmus 1.


Ps. 77, 1

I g³
I



Ncliná-te aurem vestram * in verba o-ris me-i.

Ps. 77, 1-8



Atténdi-te, pópu-le me-us, le- - gem me- - am: * incliná-te aurem vestram in verba o-ris me- - i.

Apéram in parábolis os meum: * loquar propositiones *ab iníto*.

Quanta audívimus et cognóvimus ea: * et patres nostri narravérunt nobis.

Non sunt occultáta a filiis eórum: * in generatióne áltera.

Narrátes laudes Dómini, et virtútes eius: * et mirábilia eius, *quæ fecit*.

Et suscitávit testimónium in Iacob: * et legem pósuit in Israél.

Quanta mandávit pátribus nostris nota fácere ea filiis suis: * ut cognóscat generátio áltera.

Fílii qui nascéntur, et exsúrgent, * et narrábunt filiis suis.


Ut ponant in Deo spem suam, † et non obliviscántur óperum Dei: * et mandáta eius exquírant.

Ne fiant sicut patres eórum: * generátio prava et exásperans.


Generátio, quæ non diréxit cor suum: * et non est créditus cum Deo spíritus eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. *A.*

C
T

U es De-us, * qui fa-cis mi-ra-bí-li-a.

Fí-li-i Ephrem intendentes et mittentes ar- - cum: * conversi sunt in *di-e* bel- - li.Non custodiérunt testaméntum Dei: * et in lege eius noluerunt *ambuláre*.

Et oblíti sunt benefactorum eius: * et mirábilium eius quæ osténdit eis.


Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra *Ægypti*: * in *campo Táneos*.Interrúpit mare, et *perdúxit* eos: * et státuit aquas quasi in *utre*.Et dedúxit eos in *nube diéi*: * et tota nocte in *illuminatióne ignis*.Interrúpit petram in *erémo*: * et adaquávit eos velut in *abyssio multa*.Et edúxit *aquam de petra*: * et dedúxit tamquam *flúmina aquas*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, * et in *sácula sæculórum*. Amen. *A.*


II D

A



Nge-ló-rum esca * nutri-ví-sti pó-pu-lum tu-um, et panem de cæ-lo præsti-tísti e- is.

Ps. 77, 17-31



Et apposu-é-runt adhuc peccá-re e- - i: * in i-ram exci-ta-vé-runt Excélsu[m] in inaquó- - so.

Et tentavérunt Deum in córdibus suis, * ut péterent escas animábus suis.

Et male locúti sunt de Deo: * dixerunt: Numquid póterit Deus paráre mensam in *desérto*?

Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ: * et torréntes inundavérunt.

Numquid et panem póterit dare, * aut paráre mensam pópulo suo?

Ideo audívit Dóminus, et dístulit: * et ignis accénsus est in Iacob, et ira ascéndit in Israë[l].

Quia non credidérunt in Deo: * nec speravérunt in salutári eius:

Et mandávit núbibus désuper: * et iánuas cæli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducándum: * et panem cæli dedit eis.

Panem Angelórum manducávit homo, * cibária misit eis in abundántia.

Tránstulit Austrum de cælo: * et indúxit in virtúte sua Africum.

Et pluit super eos sicut púlverem carnes: * et sicut arénam maris volatília pennáta.

Et cecidérunt in médio castrórum eórum: * circa tabernácula eórum.


Et manducavérunt, et saturáti sunt nimis, † et desidérium eórum áttulit eis: * non sunt fraudáti a desidério suo.

Adhuc escæ eórum erant in ore ipsórum: * et ira Dei ascéndit super eos.

Et occídit pingues eórum, * et eléctos Israë[l] impedívit.

VIII G 

E -lé-git Dóminus Si-on, * e-lé-git e-am in ha-bi-ta-ti-ónem si-bi.



In ómnibus his pecca-vé-runt ad- - huc: * et non cre-di-dé-runt in mi-ra-bí-li-bus e- - ius.

Et defecérunt in vanitáte dies eórum: * et anni eórum cum festinatióne.

Cum occíderet eos, quærébant eum: * et revertébantur, et dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti sunt quia Deus adiútor est eórum: * et Deus excélsus redémptor eórum est.

Et dilexérunt eum in ore suo, * et lingua sua mentíti sunt ei.

Cor autem eórum non erat rectum cum eo: * nec fidéles hábiti sunt in testaméto eius.

Ipse autem est miséricors, et propítius fiet peccátis eórum: * et non dispérdet eos.

Et abundávit ut avérteret iram suam: * et non accéndit omnem iram suam:

Et recordátus est quia caro sunt: * spíritus vadens et non rédiens.

Quóties exacerbavérunt eum in desérto, * in iram concitavérunt eum in inaquóso?


Et convérsi sunt, et tentavérunt Deum: * et Sanctum Israël exacerbavérunt.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*


III a

R



Edémit e- os Dóminus * de ma-nu tri-bu-lántis.

Ps. 77, 42-58



Non sunt re-cordá-ti ma- - nus e- - ius, * di-e qua redémit e-os de manu tri- - bu-lán- - tis.

Sicut pósuit in Ægýpto signa sua, * et prodígia sua in campo Táneos.

Et convértit in sánguinem flúmina eórum: * et imbres eórum, ne bíberent.

Misit in eos cœnomyíam, et comédit eos: * et ranam, et dispérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum: * et labóres eórum locústæ.

Et occídit in grándine véneas eórum: * et moros eórum in pruína.

Et trádedit grándini iuménta eórum: * et possessiónem eórum igni.

Misit in eos iram indignatiónis suæ: † indignatiónem, et iram, et tribulatiónem: * immissiões per ángelos malos.

Viam fecit sémitæ iræ suæ, non pepércit a morte animábus eórum: * et iuménta eórum in morte conclúsit.

Et percússit omne primogénitum in terra Ægýpti: * primitias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Et ábstulit sicut oves pópulum suum: * et perdúxit eos tamquam gregem in desérto.

Et dedúxit eos in spe, et non timuérunt: * et inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem sanctificatiónis suæ: * montem, quem acquisívit délixtera eius.

Et eiécit a fácie eórum gentes: * et sorte divísit eis terram in funículo distributiónis.

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum: * tribus Israël.


Et tentavérunt, et exacerbavérunt **Deum excélsu**m: * et testimónia eius non custodiérunt.

Et avertérunt se, et non servavérunt pactum: † quemádmódu**m patres eórum** * convérsi sunt in **arcum pravum**.

In iram concitavérunt eum in **cóllibus suis**: * et in sculptílibus suis ad æmulatió**nem eum provocavérunt**.


Glória **Patri et Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc et semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.

R  Edémit e- os Dóminus * de ma-nu tri-bu-lántis.

I g

 -di-fi-cá-vit De-us * sancti-fi-ci-um su-um in terra.



Audí-vit De-us, et spre- - vit: * et ad ní-hi-lum redé-git *valde* Isra-ël.

Et répulit tabernáculum Silo: * tabernáculum suum, ubi habitávit *in homínibus*.

Et trádedit in captivitátem virtútem eórum: * et pulchritúdinem eórum in manus *inimíci*.

Et conclúsit in gládio pópulum suum: * et hereditátem *suam spre*vit.

Iúvenes eórum comédit ignis: * et vírgines eórum non sunt *lamentátæ*.

Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt: * et víduæ eórum non *plorabántur*.

Et excitátus est tamquam dórmiens Dóminus: * tamquam potens crapulátus *a vino*.

Et percússit inimícos suos in posterióra: * oppróbrium sempitérnum *dedit illis*.

Et répulit tabernáculum Ioseph: * et tribum Ephraim *non elégit*.

Sed elégit tribum Iuda, * montem Sion *quem diléxit*.

Et ædificávit sicut unicórnum sanctificium suum in terra, * quam fundávit *in sæcula*.


Et elégit David, servum suum, † et sústulit eum de grégibus óvium: * de post foetántes *accépit eum*,

Páscere Iacob, servum suum, * et Israël, hereditátem suam:

Et pavit eos in innocéntia cordis sui: * et in intelléctibus mánuum suárum *dedúxit eos*.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. *A.*




P Ro-pí-ti- us esto * peccá-tis nostris, Dómi-ne

Ps. 78



De-us, vené-runt gentes in he-re-di-tá-tem tu- - am, † pollu-é-runt templum sanctum tu- - um: * posu-é-runt Ie-rú-sa-lem



in pomórum custódi-am.

Posuérunt morticína servórum tuórum, escas volatílibus **cæli**: * carnes sanctórum tuórum *béstiis* **terræ**.

Effudérunt sánguinem eórum tamquam aquam in circúitu Ierúsalem: * et non erat qui *sepelíret*.

Facti sumus oppróbrium vicínis **nostris**: * subsannátio et illúsió his, qui in circúitu **nostro** sunt.

Usquequo, Dómine, irascéris in **finem**: * accendétur velut ignis *zelus tuus*?

Effúnde iram tuam in gentes, quæ te non novérunt: * et in regna quæ nomen tuum non *invocavérunt*:

Quia comedérunt **Iacob**: * et locum eius *desolavérunt*.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum, † cito antícipent nos misericórdiæ **tuæ**: * quia páuperes facti *sumus nimis*.

Adiuva nos, Deus, salutáris noster: † et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: * et propítius esto peccátis nostris, propter *nomen tuum*:

Ne forte dicant in géntibus: Ubi est Deus eórum? * et innotéscat in natióibus coram *óculis nostris*.

Ultio ságuinis servórum tuórum, qui **effúsus** est: * intróeat in conspéctu tuo gémitus *compeditórum*.

Secúndum magnítudinem bráccii **tui**, * pósside filios *mortificatórum*.

Et redde vicinis nostris séptuplum in sinu eórum: * improperium ipsórum, quod exprobravérunt *tibi*, **Dómine**.


Nos autem pópulus tuus, et oves páscuæ **tuæ**, * confitébimur tibi *in sǎculum*.

In generatióem et generatióem * annuntiábimus *laudem tuam*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sǎcula *sæculórum*. Amen.

P



Ro-pí-ti-us esto * peccá-tis nostris, Dómi-ne

Psalmus 8.

Ps. 80, 2

I g⁵

E

Xsultá-te De- o * adiu-tó-ri nostro.

Ps. 80

Exsultá-te De-o, adiu-tó- - ri nos- - tro: * iubi-lá-te De-o Ia- - cob.

Súmíte psalmum, et date týmpanum: * psaltérium iucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoména tuba, * in insígni die solemnitátis vestræ.

Quia præcéptum in Israël est: * et iudícium Deo Iacob.

Testimónium in Ioseph pósuit illud, cum exíret de terra Ægypti: * linguam, quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum eius: * manus eius in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi te: † exaudívi te in abscóndito tempestátis: * probávi te apud aquam contradictiόνis.

Audi, pópulus meus, et contestábor te: † Israël, si audieris me, non erit in te deus recens, * neque adorábis deum aliénium.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti: * diláta os tuum, et implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam: * et Israël non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndum desidéria cordis eórum: * ibunt in adinventiόνibus suis.

Si pópulus meus audísset me: * Israël si in viis meis ambuláset:

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem: * et super tribulántes eos misíssem manum meam.


Inimíci Dómini mentíti sunt ei: * et erit tempus eórum in sǽcula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti: * et de petra, melle saturávit eos.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǽcula sæculórum. Amen.

℟.

VI F 

U so-lus Altís-simus * super omnem terram.

Ps. 82



De-us, quis sími-lis e-rit ti- - bi? * Ne tá-ce-as, neque compescá-ris, De- - us.

Quóniam ecce inimíci tui sonuérunt: * et qui odérunt te extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium: * et cogitavérunt advérsus sanctos tuos.

Dixerunt: Veníte, et disperdámus eos de gente: * et non memorétur nomen Israë̄l ultra.

Quóniam cogitavérunt unánim^{iter}: † simul advérsum te testaméntum disposuérunt, * tabernácula Idumæórum et Ismabelítæ:

Moab, et Agaréni, Gebal, et Ammon, et Amalec: * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum illis: * facti sunt in adiutórium filiis Lot.

Fac illis sicut Má dian, et Sísaræ: * sicut Iabin in torrén te Cisson.

Disperiérunt in Endor: * facti sunt ut stercus terræ.

Pone príncipes eórum sicut Oreb, et Zeb, * et Zébee, et Sálmana:

Omnes príncipes eórum: * qui dixerunt: Hereditáte possideámus Sanctuárium Dei.

Deus meus, pone illos ut rotam: * et sicut stípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis, qui combúrit silvam: * et sicut flamma combúrens montes:

Ita persequéris illos in tempestáte tua: * et in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomínia: * et quárent nomen tuum, Dómine.


Erubescant, et conturbentur in *sæculum* *sæculi*: * et confundantur, et péreant.

Et cognoscant quia nomen tibi **Dóminus**: * tu solus Altísimus in *omni* terra.


Glória Patri *et* **Fílio**, * *et* **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in principio, et nunc *et* **semper**, * *et* in *sæcula* *sæculórum*. Amen.

T U so-lus Altís-simus * super omnem terram.




Ψ. Cognóscant qui-a nomen ti-bi Dóminus. R̃. Tu so-lus Altíssimus super omnem terram.




Pa-ter noster. *secreto usque ad* Ψ. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. R̃. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.



I P-sí-us pí-e-tas et mi-se-ri-córdi-a nos ádiuvet, * qui cum Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-vit et regnat in sǽcu-la



sǽcu-ló-rum. R̃. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. De-us Pa-ter omní-po-tens * sit nobis propí-ti-us et clemens. **℞.** Amen.

Lectio I.

2 Reg. 7, 4-6

De libro secúndo Regum.

Et ecce sermo Dómini ad Nathan, dicens: Vade, et lóquere ad servum meum David: Hæc dicit Dóminus: Numquid tu ædificábis mihi domum ad habitándum? Neque enim habitávi in domo ex die illa, qua edúxi filios Israël de terra Ægýpti usque in diem hanc, sed ambulábam in tabernáculo, et in tentório.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 1.

R. 1 Sam. 18, 7 *Ps.* ibid.

VIII

P

Ercús-sit Saul mil-le, et Da-vid de-cem míl-li- a: † qui-a ma-nus Dó-mi- ni e- rat cum il-

lo: Percússit Phil- listá- um, et ábstu-lit oppróbri- um ex Isra- el. *Ps.* Nonne iste est Da-vid,

de quo canébant in cho-ro, di-cén-tes: Saul percússit mille, et Da-vid de- cem míl-li- a. † Qui-a.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Christus perpé-tu-æ * det nobis gáudi-a vi-tæ. **R̄.** Amen.

Lectio II.

2 Reg. 7, 7-11

Per cuncta loca, quæ transívi cum ómnibus filiis Israël, numquid loquens locútus sum ad unum de tribubus Israël, cui præcépi ut pásceret pópulum meum Israël, dicens: Quare non ædificástis mihi domum cédrinam? Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dóminus exercítuum: Ego tuli te de páscuis sequéntem greges, ut esses dux super pópulum meum Israël, et fui tecum in ómnibus ubicúmque ambulásti, et interféci univérsos inimícos tuos a fácie tua: fecíque tibi nomen grande, iuxta nomen magnórum, qui sunt in terra. Et ponam locum pópulo meo Israël et plantábo eum, et habitábit sub eo et non turbábitur ámplius; nec addent filii iniquitátis ut affligant eum sicut prius, ex die qua constítui iúdicés super pópulum meum Israël. Et réquiem dabo tibi ab ómnibus inimícis tuis: prædicítque tibi Dóminus, quod domum fáciat tibi Dóminus.

Ps̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄.** Deo grátias.

Responsorium 2.

R. 2 Sam. 1, 21; H395

VIII

M




Ontes Gélbo-e, nec ros nec plú-vi-a vé-ni-ant su-per vos, † U-bi ce-ci-dé-runt fortes



Is-ra-el. †. Omnes montes in circú-i-tu e-ius ví-si-tet Dómi-nus, a Gélbo-e tránse-at. † U-bi.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris * accéndat De-us in córdibus nostris. **℞.** Amen.

Lectio III.

2 Reg. 7, 12-17

Cumque compléti fúerint dies tui, et dormíeris cum pátribus tuis, suscitábo semen tuum post te, quod egrediétur de útero tuo, et firmábo regnum eius. Ipse ædificábit domum nómini meo, et stabíliam thronum regni eius usque in sempitérnum. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium. Qui si iníque áliquid gésserit, árguam eum in virga virórum, et in plagis filiórum hóminum. Misericórdiam autem meam non áuferam ab eo, sicut ábstuli a Saul, quem amóvi a fácie mea. Et fidélis erit domus tua, et regnum tuum usque in ætérnum ante fáciem tuam, et thronus tuus erit firmus iúgiter. Secúndum ómnia verba hæc, et iuxta univérsam visiónem istam, sic locútus est Nathan ad David.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 3.

R. 2 Reg. 7, 8.9.12.13; *V.* ibid., 7, 9.1; H395

I 

E-go te tu- li de do- mo pa- tris tu- i, di- cit Dómi- nus, et pó- su- i te pá- sce- re gregem pó-



pu- li me- i. Et fu- i te- cum in ómni- bus u- bi- cúm- que ambu- lá- sti, † Firmans regnum tu- um in



æ- tér- num. *V.* Usque in æ- té- rnum præpa- rá- bo nomen tu- um, et ædi- fi- cábo in gene- ra- ti- ónem et gene- ra- ti- ó-



nem se- dem tu- am. † Firmans. *V.* Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto. † Firmans.


Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus:



O-rémus. De-us, qui di-li-géntibus te bona invi-si-bí-li-a præpa-rásti: † infúnde córdibus nostris tu-i amó-ris afféc-
tum; * ut te in ómnibus et super ómni-a di-li-géntes, promissi-ónes tu-as, quæ omne de-si-dé-ri-um súde-rant, consequámur.
Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,
per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Conclusio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Benedicámus Dómino.

℞. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. **R.** Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 50, 14; H98

S Pí-ri-tu princi-pá-li * confirma cor me-um De-us.

Psalmus 50.

Mi-se-ré-re me- - i De- - us, * secúndum magnam mi-se-ri-córdi-am tu- - am.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátiis **meis**: * et omnes iniquitátes *meas* **dele**.

Cor mundum crea **in** me **Deus**: * et spíritum rectum ínno^va in viscéribus **meis**.

Ne proiícias me a fácie **tua**: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris **tui**: * et spírítu principáli **confirma** me.

Docébo iníquos **vias tuas**: * et impii ad te **converténtur**.

Líbera me de sanguínibus **Deus**, **Deus salutis meæ**: * et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.

Dómine lábia **mea apéries**: * et os meum annuntiábit *laudem tuam*.

Quóniam si voluísses sacrificium, **dedíssem útique**: * holocáustis non *delectáberis*.

Sacrificium Deo spíritus **contribulátus**: * cor contrítum et humiliátum **Deus non despíci**s.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte **tua Sion**: * ut ædificéntur muri *Ierúsalem*.

Tunc acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiónes et **holocáusta**: * tunc impónent super altáre *tuum* vítulos.


Glória **Patri** et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.

S Pí-ri-tu princi-pá-li * confirma cor me-um De-us.


VIII a

I



N Is-ra-el * magnum no-men e-ius.

Psalmus 75.



No-tus in Iudæ-a De- - us: * in Isra-ël magnum *nomen* e- - ius.

Et factus est in pace locus eius: * et habitatio eius in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * scutum, gládium, et bellum.

Illúminans tu mirábiliter a móntibus ætérnis: * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum suum: * et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.

Ab increpatione tua, Deus Iacob, * dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, et quis resístet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecisti iudícium: * terra trémuit et quiévit,

Cum exsúrgeret in iudícium Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitatio hóminis confitébitur tibi: * et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovéte, et réddite Dómino, Deo vestro: * omnes, qui in circúitu eius affértis múnera.

Terríbili et ei qui aufert spíritum princípum, * terríbili apud reges terræ.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

Psalmus 3.

Ps. 91, 2; H99

VIII a

B

Onum est * confi-té-ri Dómino.

Psalmus 91.

Bonum est confi-té-ri **Dómino**: * et psálle-re nómi-ni tu-o *Altíssime*.

Ad annuntiándum mane misericórdiam **tuam**: * et veritátem tuam *per noctem*.

In decachórdo, psaltério: * cum cántico, *in cíthara*.

Quia delectásti me Dómine in factúra **tua**: * et in opéribus mánuum tuárum *exsultábo*.

Quam magnificáta sunt ópera tua **Dómine**! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes **tuæ**.

Vir insípiens non **cognóscet**: * et stultus non **intélliget** hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut **foenum**: * et apparúerint omnes, qui operántur *iniquitátem*:

Ut intéreant in sáculum **sæculi**: * tu autem *Altíssimus* in *ætérum* **Dómine**.

Quóniam ecce inimíci tui **Dómine**, † quóniam ecce inimíci tui períbunt: * et dispergéntur omnes, qui operántur *iniquitátem*.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu **meum**: * et senéctus mea in misericórdia **úberi**.

Et despéxit óculus meus inimícos **meos**: * et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet *auris mea*.

Iustus, ut palma florébit: * sicut cedrus Líbani *multiplicábitur*.

Plantáti in domo **Dómini**, * in átriis domus Dei *nostræ* *florébunt*.

Adhuc multiplicabúntur in senécta **úberi**: * et bene patiéntes erunt, *et annúntient*:


Quóniam rectus Dóminus Deus **noster**: * et non est *iniquitas in eo*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sácula *sæculórum*. Amen. *A.*


IV* e

D



Omi-ne audí- vi * audí-tum tu-um, et tímu-i.

Canticum Habacuc, Hab. 3, 2-19



Dómi-ne, audí-vi audi-ti-ónem tu- - am, * et tímu-i.

Dómine, *opus* tuum, * in médio annórum vivífica illud:

In médio annórum *notum* fácies: * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab *Austro* véniet, * et sanctus de monte Pharan:

Opéruit cælos glória eius: * et laudis eius plena est terra.

Splendor eius *ut lux erit*: * cónua in mánibus eius:

Ibi abscondita est fortitúdo eius: * ante faciém eius ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante *pedes* eius. * Stetit, et mensus est terram.

Aspéxit, et dissólvit gentes: * et contríti sunt montes sǽculi.

Incurváti sunt *colles* mundi, * ab itinéribus æternitátis eius.

Pro iniquitáte vidi tentória *Æthiopia*, * turbabúntur pelles terræ Má dian.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? † aut in flumínibus *furor* tuus? * vel in mari indignátio tua?

Qui ascédes super *equos* tuos: * et quadrígæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitábis *arcum* tuum: * iuraménta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ: † vidérunt te, et dóluerunt montes: * gurges aquárum tránsiit.

Dedit abyssus *vocem* suam: * altitúdo manus suas levávit.

Sol, et luna steterunt in habitáculo suo, † in luce sagittarum tuarum, * ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In frémitu conculcabis terram: * et in furóre obstupearis gentes.

Egressus es in salutem populi tui: * in salutem cum Christo tuo.

Percussisti caput de domo impii: * denudasti fundamentum eius usque ad collum.

Maledixisti sceptris eius, † capiti bellatorum eius, * venientibus ut turbo ad dispergendum me.

Exsultatio eorum * sicut eius, qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, * in luto aquarum multarum.

Audivi, et conturbatus est venter meus: * a voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, * et subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis: * ut ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florébit: * et non erit germen in vineis.

Mentiétur opus olivæ: * et arva non afferent cibum.

Abscindétur de ovili pecus: * et non erit arméntum in præsépiis.

Ego autem in Dómino gaudébo: * et exsultábo in Deo Iesu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea: * et ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor * in psalmis canéntem.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

D Omi-ne audí-vi * audí-tum tu-um, et tímu-i.

I f

N t́mpano et cho-ro, * in chordis et órgano laudá-te De-um.

Psalmus 148.

Laudá-te Dómi-num de cæ- - lis: * laudá-te e-um in excél- - sis.

Laudáte eum omnes **Angeli** eius: * laudáte eum omnes *virtútes* eius.

Laudáte eum **sol** et **luna**: * laudáte eum omnes *stellæ et lumen*.

Laudáte eum **cæli cælórum**: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent *nomen Dómini*.

Quia ipse **dixit**, et **facta** sunt: * ipse mandávit, *et creáta* sunt.

Státuit ea in ætérnum et in **sæculum sæculi**: * *præceptum* pósuit, et non *præteríbit*.

Laudáte Dóminum de **terra**, * *dracónes et omnes abýssi*.

Ignis, **grando**, **nix**, **glácies**, **spíritus procellárum**: * quæ faciunt *verbum* eius:

Montes et **omnes colles**: * *ligna fructífera et omnes cedri*.

Béstia et **univérsta pécora**: * *serpéntes et vólucres pennátæ*.


Reges terræ et **omnes pópuli**: * *príncipes et omnes iúdice* terræ.

Iúvenes et **vír-gines**: † *senes cum iunióribus* laudent **nomen Dómini**: * *quia exaltátum est nomen eius solíus*.

Conféssio eius super **cælum** et **terram**: * et exaltávit cornu *pópuli sui*.

Hymnus ómnibus **sanctis** eius: * *filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi*.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino **cánti-cum no-** - vum: * laus e-ius in ecclé-si-a **sanctó-** - rum.

Lætétur Israel in eo qui **fecit eum:** * et filii Sion exsúltent in *rege suo*.

Laudent nomen eius in **choro:** * in týmpano et psaltério *psallant ei*.

Quia beneplácitum est Dómino in **pópulo suo:** * et exaltábit mansuétos *in salútem*.

Exsultábunt **sancti in glória:** * lætabúntur in *cubílibus suis*.


Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in *mánibus eórum:*

Ad faciéndam vindíctam in **natióibus:** * increpatiões *in pópulis*.

Ad alligándos reges eórum **in compédibus:** * et nóbiles eórum in *mánicis férreis*.

Ut fáciant in eis iudícium **conscríptum:** * glória hęc est ómnibus *sanctis eius*.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in **sanc-** - tis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus *laudet* Dóminum.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in sæcula sæculórum. Amen.

I N týmpano et cho-ro, * in chordis et órgano laudá-te De-um.

Capitulum.

Rom. 13, 12-13




NOX præcëssit, di-es autem appropinquá-vit. † Abii-ci-ámus ergo ópe-ra tenebrá-rum, et indu-ámur arma lu-cis. *

Sic-ut in di-e honéste ambu-lémus. ℞. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 40, 5



Sana ánimam me-am, * Qui-a peccá-vi ti-bi. Sana. ℣. Ego di-xi: Dómi-ne mi-se-ré-re me-i. * Qui-a.

Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sana.

Hymnus

IV

Æ

-térna cæ-li gló-ri-a, Be-á-ta spes mortá-li-um, Celsi tonántis Uni-ce, Castæque pro-les Vírgi-nis.

Da dèxte-ram surgéntibus, Exsúrgat et mens sóbri-a, Flagrans et in laudem De-i Gra-tes repéndat dé-bi-tas.

Ortus re-fúlget Lú-ci-fer, Sparsámque lu-cem núnti-at: Ca-dit ca-lí-go nócti-um: Lux sancta nos illúmi-net.


Manénsque nostris sénsibus, Noctem repéllat sácu-li, Omníque fi-ne di-é-i Purgá-ta servet pécto-ra. Quæ-sí-ta iam

primum fi-des Ra-dí-cet altis sénsibus: Secúnda spes congáude-at, Qua ma-ior exstat cá-ri-tas. De-o Patri sit gló-ri-a,

E-iúsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Et nunc, et in perpé-tu-um. A-men.

Versus.

Ps. 89, 14




∇. Replé-ti sumus mane mi-se-ri-córdi-a tu-a. ℞. Exsultá-vimus, et de-lectá-ti sumus.

VIII G

P ER vísce-ra mi-se-ri-córdi-æ De-i nostri vi-si-tá-vit nos O-ri-ens ex alto.

Lc. 1, 68-79



Bene-díctus Dóminus De-us Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem *ple-bis su- - æ.*

Et eréxit cornu salútis **nobis**, * in domo David *púeri sui.*

Sicut locúsus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, *prophetárum eius:*

Salútem ex inimícis **nostris**, * et de manu ómnium *qui odérunt nos:*

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus **nostris**: * et memorári testaménti *sui sancti.*

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem **nostrum**, * *datúrum se nobis:*

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * *serviámus illi.*

In sanctitáte et iustítia coram **ipso**, * *ómnibus diébus nostris.*

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * *præibis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:*

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, * *in remissionem peccatórum eórum:*

Per víscera misericórdiæ Dei **nostris**: * *in quibus visitávit nos, óriens ex alto:*


Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis **sedent**: * *ad dirigéndo pedes nostros in viam pacis.*

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto.*


Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sácula *sæculórum. Amen. A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniae.


K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.


P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Ps. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us, qui di-li-géntibus te bona invi-si-bí-li-a præpa-rásti: † infúnde córdibus nostris tu-i amó-ris

afféctum; * ut te in ómnibus et super ómni-a di-li-géntes, promissi-ónes tu-as, quæ omne de-si-dé-ri-um súde-rant,

consequámur. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te

Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:

V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. *R.* Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

IV

B

Ene-di-cámus Dómino. *R.* De-o grá-ti-as.

Ad Vesperas.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 141, 6; H99

VIII a
P Orti-o me-a, Dómi-ne, * sit in terra vi-vénti-um-
Psalmus 141.

Vo-ce me-a ad Dóminum clamá- - vi: * vo-ce me-a ad Dóminum *depre-cá-tus* sum:

Effúndo in conspéctu eius oratiónem **meam**, * et tribulatiónem meam ante ipsum **pronúntio**.

In deficiéndo ex me spíritum **meum**, * et tu cognovisti *sémitas* **meas**.

In via hac qua ambulábam * abscondérunt *láqueum* **mihi**.

Considerábam ad délixteram et vidébam: * et non erat qui *cognósceret* me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat *ánimam* **meam**.

Clamávi ad te, Dómine, † dixi: Tu es spes **mea**, * pórtio mea in terra *vivéntium*.


Inténde ad deprecatiónem **meam**: * quia humiliátus sum **nimis**.

Líbera me a persequéntibus me: * quia confortáti sunt **super** me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini **tu**o: * me expéctant iusti, donec retribuas **mihi**.

Glória Patri et **F**ílio, * et Spirítui **S**ancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

P 
Orti-o me-a, Dómi-ne, * sit in terra vi-vénti-um-

Psalmus 2.

Ps. 143, 1; H99

VI F

B

ene-díctus * Dómi-nus De-us me-us.

Psalmus 143, 1-8

Bene-díctus Dóminus De-us me-us, qui do-cet manus me-as *ad* **præ**-li-um, * et dí-gi-tos me-os *ad* **bel**- - lum.

Misericórdia mea, et refúgium **meum**: * suscéptor meus, et liberátor **meus**:

Protéctor meus, et in ipso *sperávi*: * qui subdit pópulum *meum* **sub** me.

Dómine quid est homo, quia innotuísti ei? * aut filius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti *símilis* **factus** est: * dies eius sicut *umbra* *prætereunt*.

Dómine inclína cælos tuos, et *descénde*: * tange montes, et *fumigábunt*.


Fúlgura coruscationem, et dissipábis eos: * emítte sagíttas tuas, et conturbábis eos:

Emítte manum tuam de alto, † éripe me, et libera me de *aquis* **multis**: * de manu filiórum *alienórum*.

Quorum os locútum est *vanitátem*: * et dextera eórum, dextera *iniquitátis*.

Glória Patri *et* **Fílio**, * *et* **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípio, et nunc *et* **semper**, * *et* in *sæcula sæculórum*. Amen.



De-us cánti-cum novum cantá-bo ti- - bi: * in psalté-ri-o de-cachórdo *psallam* ti- - bi.

Qui das salútem régibus: * qui redemísti David servum tuum de gládio maligno: *éripe* me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, † quorum os locútum est *vanitátem*: * et dextera eórum, dextera *iniquitátis*:

Quorum filii, sicut novéllæ plantatiónes * in iuventúte sua.

Fíliæ eórum *compósitæ*: * circumornátæ ut similitúdo templi.

Promptuária eórum *plena*, * eructántia ex *hoc in illud*.


Oves eórum fetósæ, abundántes in egréssibus suis: * boves eórum *crassæ*.

Non est ruína macéria, neque *tránsitus*: * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixerunt pópulum, cui *hæc* sunt: * beátus pópulus cuius Dóminus *Deus* eius.

Glória Patri *et Fílio*, * *et Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc *et semper*, * *et in sácula sæculórum*. Amen.



ene-díctus * Dómi-nus De-us me-us.


VIII a

P



ER síngu-los di-es * bene-dí-cam te, Dómi-ne.

Psalmus 144, 1-9



Exaltábo te De-us me-us rex: * et bene-dí-cam nómi-ni tu-o in sǎcu-lum, et in sǎcu-lum sǎcu-li.

Per síngulos dies benedícam tibi: * et laudábo nomen tuum in sǎculum, et in sǎculum sǎculi.

Magnus Dóminus et laudábilis nimis: * et magnitúdinis eius non est finis.

Generátio et generátio laudábit ópera tua: * et poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur: * et mirábilia tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent: * et magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt: * et iustítia tua exsultábunt.

Miserátor et miséricors Dóminus: * pátiens et multum miséricors.

Suávis Dóminus univérsis: * et miseratiónes eius super ómnia ópera eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.

A.


Capitulum.

Sir. 24, 14

A



B i-ní-ti-o et ante sǎcu-la cre-á-ta sum, † et usque ad fu-túrum sǎcu-lum non dé-sinam, * et in ha-bi-ta-ti-óne




sancta co-ram ipso mi-nistrá-vi. **R̃.** De- o grá-ti-as.

Responsorium breve.


Lc. 1, 28

VI

A



-ve, Ma-rí-a, grá-ti-a ple-na: * Dómi-nus te-cum. Ave. **∇.** Bene-dícta tu in mu-li-é-ribus, et bene-díctus fructus



ventris tu-i. * Dómi-nus. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. **∇.** Ave.

Hymnus

I

A

-VE ma-ris stella, De-i Ma-ter alma, Atque semper Virgo, Fe-lix cœ-li porta. Sumens illud Ave Gabri-é-lis
o-re, Funda nos in pa-ce, Mu-tans Hevæ nomen. Solve vincla re-is, Pro-fer lumen cæ-cis, Ma-la nostra pelle, Bona cun-
cta posce. Monstra te esse matrem, Sumat per te pre-ces, Qui pro nobis na-tus, Tu-lit esse tu-us. Virgo singu-lá-ris,
Inter omnes mi-tis, Nos culpis so-lú-tos, Mi-tes fac et castos. Vi-tam præsta pu-ram, I-ter pa-ra tu-tum, Ut vi-déntes
Ie-sum, Semper collæ-témur. Sit laus De-o Patri, Summo Christo de-cus, Spi-rí-tu-i Sancto, Tribus honor unus. A-men.

Versus.

Ps. 43, 3

℣. Diffú-sa est grá-ti-a in lá-bi-is tu-is, alle-lú-ia. **℞.** Proptér-e-a bene-dí-xit te De-us in æ-térnum, alle-lú-ia.


II D

B




E-á-ta Ma-ter * et intácta Vírgo, glo-ri-ó-sa Re-gí-na mundi, intercéd-e pro no-bis ad Dóminum

Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.



Et exultá-vit spí-ri-tus me- us * in De-o, sa-lu-tá-ri me-o.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.


Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sæcula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.




Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Ps. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. Concéde nos fámu-los tu-os, quæsumus, Dómi-ne De-us, perpé-tu-a mentis et córpo-ris sani-tá-te

gaudé-re: † et, glo-ri-ó-sa be-á-tæ Ma-rí-æ semper Vírgi-nis intercessi-óne, a præ-sénti li-be-rá-ri tristí-ti-a, *

et æ-térna pérfru-i læ-tí-ti-a. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat

in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:

℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

VIII

B

Ene-di-cá-mus Dó-mi-no. ℞. De- o grá- ti- as.